Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epigrammatum Ioan

Owen, John

Amstelodami, 1669

G. Hegentii in Laudem Artialis Britannici Eprigrammation

urn:nbn:de:bsz:31-101098

Visual Library

In Laudem

ARTIALIS
BRITANNICI
EPIGRAMMATION.

VUlgus opinatur, ſat laudis habere Poëtam,
Qui ſciat immenſis fundere metra logis.
Ecquid OWENE putas? Tua quod MELETEMATA filo
Sint contexta brevi, laus erit inde levis?
Non puto. Namque tua ſophos in brevitate niteſcit,
Nec labor iſte levis, taliter eſſe brevem.

ALIUD.

Neſcio cujus.

QUantum Bilbilico debet ſua patria vati,
Tantum pænè Tibi patria debet humus.
Nemo Tibi arguto, facili, puroque, brevique
Scribere par poterit tale Epigramma ſtylo.

Sed explicet elogium OWENI; Elegis mage & inferiis memoriam defuncti fas eſſet proſequi. Nam ille nobis heu pro novem Muſis, novem has litterulas ultima voluntate reliquit, SEQUIMINI

Imò habe, Lector, & cogita, nos ordine quem Deus ac Natura juſſerit, cunctos ſecuturos.

TANTUM EST.

Supplendæ chartæ hæc adjicere viſum fuit.

Cum virtuti ſuus debeatur honos; quem, invito quolibet, ipſa ſibi vindicare poteſt, lubentiſſimè teſtatus ſum, ac teſtor, Virum egregium, GOTFRIDUM HEGENITIUM, *I. V. Candidatum, quemadmodum in aliis Academiis ita vixit, ut primorum celeberrimorumque hujus ætatis virorum benevolentiam amoremque, quod in rebus humanis primum eſt, ſibi conciliaret, eundemque aſſiduis officiis meritiſque tueretur, ita in hac noſtra, in quâ aliquandiu verſatus eſt, ita ſegeſſiſſe, ut quantum vel in aliis profecerit, vel ex hominum magnorum amicitiâ ad virtutem lucrifecerit, vel in aulis Principum, in quibus verſatum intelligimus, didicerit ac obſervarit, quotidie re ipſa atque uſu probet, ita ut tum morum probitate, tum verò eruditione, atque in primis Juris Utriuſque, in quâ aliquamdiu, etiam publicè, ſe exercuit, peritiâ, omnibus ſe approbarit.*

Lugd. Bat.
An. 1629.
3. Jan.

DANIEL HEINSIUS.

FINIS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg